
Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1979.24310

Auteur(s) : Gilbert François Clesle

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Dijon)

Imprimeur : A.Defay

Période de création : 3e quart 18e siècle

Date de création : 1772

Description : Une feuille renforcée par deux morceaux de papier collés au dos. La feuille présente des déchirures et des perforations. Papier bruni. Inscriptions manuscrites visibles le long des bords (traces de l'encre encore humide de phrases écrites sur une autre feuille et placée au contact de celle-ci). Estampe dans la partie supérieure.

Mesures : hauteur : 499 mm ; largeur : 363 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit soutenir Gilbert Clesle le lundi 30 mars 1772 à Dijon, pour l'obtention du baccalauréat. Les articles de droit canon traitent de la filiation légitime. Les articles de droit civil portent sur les donations "inofficieuses", c'est-à-dire inacceptables parce qu'elles lèsent les proches. L'estampe représente les armes de l'université.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



DEO OPT. MAX.

THESES

UTRIUSQUE JURIS.

CANONICI.

CIVILIS.

EX MATERIA SORTITO DUCTA.

Ex Cap. 8. Extrâ. *Qui Filii sint legitimi.*

Ex Lege 3. Cod. *De inofficiosis donationibus.*

SUMMA filiorum divisio fit in legitimos, & illegitimos.

II.

LEGITIMORUM alii sunt legitimi tantum, quos scilicet sola Lex agnoscit, non natura, ut sunt adoptivi: alii naturales sunt simul & legitimi, quos nimirum natura simul & Lex filios facit.

III.

QUILIBET verò ex injustâ conjunctione nati, pro illegitimis habendi sunt.

IV.

DUO præcipui legitimandi modi Jure Canonico admittuntur, nimirum per subsequens matrimonium, & per Rescriptum summi Pontificis.

V.

PORRO ut legitimati pro legitimis habeantur, necesse est, ut inter parentes conceptionis tempore potuerit esse connubium.

VI.

UNDE liberi ex adulterio geniti, per subsequens matrimonium legitimari non possunt.

VII.

PER Rescriptum summi Pontificis, legitimari possunt liberi, quoad spiritualia tantum; solus etenim Princeps, quoad temporalia legitimare potest.

VIII.

PRO legitimis habentur quoque liberi ex secundo marito, priori vivente, nati, si post divortii Sententiam, & bona fide matrimonium fuerit contractum.

IX.

IMO & unius parentis bona fides sufficit, ut filii censeantur legitimi, quod liberorum favor extorsit; undè ad parentum hereditatem aspirare non prohibentur liberi ex tali matrimonio suscepti.

INOFFICIOSA donatio ea est, quæ tam immensa est & immodica, ut exhaustis donatoris facultatibus, legitima liberis non supersit.

II.

ADVERSUS ejusmodi donationem, introducta fuit inofficiosa donationis querela, ad exemplum querelæ inofficiosi testamenti.

III.

UNDE querela inofficiosa donationis, cum inofficiosi testamenti querela in pluribus convenit.

IV.

QUEMADMODUM inofficiosi testamenti querela competit tantum post mortem testatoris; ita & inofficiosa donationis, post mortem duntaxat donatoris competit.

V.

SICUT inofficiosi testamenti, ita & inofficiosa donationis querela quinquennii præscriptione tollitur.

VI.

QUERELA inofficiosi testamenti non competit, nisi omni alio deficiente remedio, ita nec inofficiosa donationis querela.

VII.

PER querelam inofficiosa donationis, non in totum, sed pro legitima liberis debita, revocatur inofficiosa donatio.

VIII.

DONATIONIS etenim inofficiosa querela, liberis duntaxat in legitima defraudatis competit.

IX.

ADVERSUS immodicas parentum liberalitates competit hæc querela, sive pater testamento facto, sive ab intestato decesserit.

Has Theses Deo Duce, auspice Desparâ, & Præside Clarissimo Consultissimoque V. D. JOANNE-MARIA ARNOULT, J. U. D. Antecessore, Decano, ac Comite, necnon in Senatu Patrono, iuri conabitur GILBERTUS-FRANCISCUS CLESLE, ex la Pacaudiere, Procurator Generalis, Die Luna 30 Martii, ann. Dom. 1772, horâ nonâ.

PRO BACCALAUREATU.
IN MAJORE UNIVERSITATIS AULA.

DIVIONE, Apud ANTONIUM DEFRAY, Universitatis Typographum.

